Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Patrem autem nostrum tue dominie pab: sup
plicantium et ut petenti ab: desiderata conceda
fac eos que tibi placita sunt postulare Q ad Corinthios c. 10
Fratres: nolumus eos ignorare quia patres nostri omnes sub
et illi omnes transierunt: neque idolatre efficiamini
sicut quidam ex ipsis quemadmodum scriptum est
sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere
Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt
et ceciderunt una die viginti tria milia: neque tempte
mus christum sicut quidam eorum temptaverunt et ab ser
pentibus perierunt: neque murmuramini sicut quidam
eorum murmuraverunt et perierunt ab exterminatore. Hec
autem omnia in figura contingebant illis. Scripta autem
sunt ad correptionem nostram in quos fines seculorum
devenerunt. Itaque qui se existimat stare: videat ne ca
dat. Temptatio vos non apprehendat: nisi humana
Fidelis autem deus est qui non patietur vos tempt
ari super id quod potestis: sed faciet cum temptatione
etiam proventum ut possitis sustinere GRADUALE Do
mine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra V. Quo
niam elevata est magnificentia tua super celos ALLELUIA V. Confi
te populo meus in legem meam. Secundum Lucam c. 16
In illo tempore. Dixit dominus ihesus discipulis suis parabo
lam hanc. Homo quidam erat divites qui habebat
villicum: et hic diffamatus est apud illum quasi di
sipasset bona ipsius. Et vocavit illum et dixit illi
Quid hoc audio de te: Rede rationem villicationis
tue: iam enim non poteris villicare. Ait autem vil
licus intra se: Quid faciam quia dominus meus auf
fert a me villicationem: Fodere non valeo: mendicare